

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Patria f
cum fontibus primis

Vt ait quidam,
nescio qua natale solum dulcedine
cunctos ducit et immemores non sinit
esse sui.

←

nescioqua natale solum dulcedine
cunctos / ducit et immemores non sinit
esse sui.

Publius Ovidius Naso, *Epistulae ex
Ponto*, 1, 3, 35-36 (J.F. Gaetner ed.,
p.62).

omnis mundus philosophantibus
exsilium est, quia tamen,
ut ait quidam:

→

Nescio qua natale solum dulcedine
cunctos / Ducit, et immemores non sinit
esse sui.

Magnum uirtutis principium est ut discat
paulatim exercitatus animus uisibilia
hec et transitoria primum commutare
ut postmodum possit derelinquere.
Delicatus ille est adhuc cui patria dulcis
est, fortis autem iam cui omne solum
patria est, perfectus uero cui mundus
totus exilium est.

magnum uirtutis principium est, ut discat
paulatim exercitatus animus uisibilia
haec et transitoria primum commutare,
ut postmodum possit etiam derelinquere.
delicatus ille est adhuc cui patria dulcis
est; fortis autem iam, cui omne solum
patria est; perfectus uero, cui mundus
totus exsilium est.

Hugo de sancto Victore in didascalicon
libro III. capitulo XX.

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de
studio legendi*, 3, 19 (C.H. Buttimer ed.,
p.69, ll.7-15).